



**Antiqvae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 25. De Holoferne.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**C**yrus regnauit Persis subuerso Astyage rege Medorum. Persarum Cyrus regnauit annis xxx. Cyrus Hebræorum captiuitate laxata, quinquaginta ferme millia hominum regredi fecit in Iudæam. Qui constructo altari, templi fundamenta, iecerunt. Sed cum à vicinis gentibus fabricatio impediretur imperfectum opus usq; ad Darium permansit. Cyrus Babyloniam capi.

**H**N Hebreis prophetabat Aggæus & Zacharias. quo epore Hiesus filius Isedech, & Zorobabel, regio genere, principes fuerū eorū, qui regressi sunt in Iudæam. Colliguntur, omne tempus captiuitatis Iudeorū an. lxx. secundū quosdā à tertio anno Ioachim usq; xx. an. Cyri computantur. Romanorum Tarquinius tunc regnabat annis xxxv. excogitauit vincla, taurea, fustes, latomias, carceres, compedes, catenas, exilia, metalla.

**R**Egnauerunt Medi super Assyrios annis CCCLIV. Croesus à Cyro captus est, & Lydorum regnum destrutum est, quod stetit ann. CCXXX.

**A**mbyses qui & Nabuchodonosor Rex vocatus est, sub quo historia Judith, quæ Holofernem interfecit, scribitur. Coud Hebræos Aggæus & Zacharias prophetabat. Secundo anno Darij Regis templum in Hierosolymis construitur à Zorobabel, consummatur annis quatuor remissionis captiuitatis Iudeorum. Et ædificatio templi initium sub Cyro habuit, consummatur sub Dario. Regnauit Persis, Assyrijs & Ægypto.

**A**Rmodius Cidius & Crisogidus In parvum regem interfecerunt. Et Lena meretrix amica eorū cum tormentis cogeretur, ut reos proderet, lin-

*Caput 22.*  
De Cyro Per-  
sarum Rege.

*Caput 23.*  
De Prophetis  
& Tarquinio.

*Caput 24.*  
De Medis.

*Caput 25.*  
De Holoferne

*Caput 26.*  
Initium Coss.  
Rom.

Hhhh ; guam